remanentibuſ in campo pluribuſ inter-
fectiſ. unde verſuſ:
Principium parvum pravum finem producit amarum.
Nec mirum quoniam sapientia succubuit
dominante superbia dementia et preva-
ricatio vicit locum habente superbia
et etiam conditor civitatiſ pleraque
bella cesar amisit victoriosiſſimo
tamen nichilominuſ existente.
1146 Anno millesimo centesimo quadra-
gesimo sexto.
Comeſ vero suoſ in certo loco con-
gregari precepit gratiaſ tributaſ
quia de certo dubitabat eventu referenſ
ut decebat et cum quidam sint
hiſ que acciderant letarentur. dixit
inter cetera comeſ quod amiserat
obtinendo.
1147 Anno vero sequenti steterunt
quasi feſſi Florentini fere per an-
num non repellendo quemquam
nec patiendo repulsam. et est con-
silio sumpto decretum quod demo
revertantur ad castrum tanto